



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

V. An Papa sit adhuc Episcopus, num Antichristus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

ca Scriptura, in meo Lutherio-cal. Affirmat perpetua praxis Ecclesiaz & Con-

ciliorum.

1. Dicit Caluinus: Tot sunt præcepta ecclesiastica: ut superent legalia, Veteris Test.

At vniuersalia, quæ ligant omnes, solum sunt quatuor: de Festis, Ieiunio, de que Confessionis ac Communionis tempore.

2. Dicit: Achaz & Vrias puniti sunt, quod altare aliud addiderint. 4. Reg. 16. Item c. 17. Babylonij, quod nouis ceremoniis coluerint Deum.

Et, c. 21. Manasses, quod aras in templo extruxerit.

At iuste puniti sunt ob idololatriam.

### QUÆSTIO V.

*An Papa sit adhuc Episcopus, an vero Antichristus?*

**H**ÆRESIARCH. Nilvs lib. contra Primatum Rom. ait: Donec Papa conuenientem ordinem servat, olim in Ecclesia constitutum; &c. omnia ei summa defenda censet: sed si à veritate discessit, nec ad eam redire vult, merito pro damnato haberi debet.

2. VVicleff art. 30. Papam aunc Antichristum esse affirmabat.

LUTHERVS art. 28, 36. &c. turbaque sua cum ipso.

4. Itemque cum suis CALVINVS l. 4. Inst. c. 7. §. 24. 25. Habeant etiam plura: si velint, Papa: Nihil istorum valet, nisi Roma sit Ecclesia & Episcopus.

Hunc mihi nodum soluant Romanenses: Nego ipsum Pontificem esse Episcoporum Principem; cum non sit Episcopus. &c.

Ex quo Antichristi sedes fieri caput, desist esse id quod erat. &c.

**PAPISTA.** Nec vel esse potest Papa Antichristus.

Tum quia Christus orauit pro Petro ut non deficit fides eius: Et super Petram ædificauit Ecclesiam suam: Et Petrus dedit claves regni cœlorū, non inferorum Luciferi inde exoluendo.

Vnde nec vel errare Papa potest; quia Papa; Sed semper oves paucere bene, & per ineficientem Spiritus S. Assistentiam ducere in omnem veritatem. &c. Vide in p. 1.

Tum quæcunque Scriptura de Antichristo dicit, eorum nihil in Papam vi- lum conuenit vñquam, aut conuenit. De quibus vide Lutherio-caluinistamp. 2. q. 22, 23, 24. 25.

### QUÆSTIO VI.

*An peccatores parui & magni, id est, Perfecti, & Impii sint in Ecclesiis?*

**I**HÆRESIARCH Pelagiani dicunt, ait S. Aug. de Hæresibus. c 88. Utam iustorum in hoc seculi nullum omnino habere peccatum; & ex his Ecclesia Christi hac mortalitate perfici: Ut sit multitudo Perfectorum, nullum penitus etiam tenue peccatum habentum.

**ANABAPTISTIS** eandem tribuit hæresim Caluinus Inst. 4. c. 1. §. 13.

Neque ipse dissentire potest, afferens, c soli prædestinatis constare Ecclesiam: istis autem nullum imputari peccatum ad mortem:

Neque Lutherani, negantes cum Caluino, nullum esse peccatum Veniale ex natura sua; sed omnia mortalia, & ea reproborum.

**PAPISTA.** At vere S. Cyprianus serm. de eleemos.

*Quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est.*

Nam, ait S. Greg. Nazi. orat. 2. in Iulianum: Omnipotens peccato vacare, supra humana natura modum Deus constituit. Pro inde